



Fragment of a white paper label with illegible text.

*Manuscript*

*Index*



UNIVERSIDAD SALAMANCA

CRUCIOS.USALES

BIBLIOTECA  
DE LA  
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.

---

Sala Est. Tab. Núm.

UNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA  
GREDOS USALES



618449700(1)  
etc.

I  
190



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

CRÉDITOS USALES

Palencia

C 228 120

~~203~~  
266

Ad. R. in Christo patrem & doctissimū dñm  
dñm Io. Ep̄m Astoriceñ. Alfonsi palentini histo  
rici epistola.

2 73 3

ppp quā d h o c e f e f f



VNIVERSIDA  
DE SALAMANCA

GREDO SALES

Reueren. atq; doctissime pater & dñe.

Solicitaui me litteris .R.D. tua nonnunq; cumq; in bello Granatensi gererentur relatu ra cōscriberem: litterisq; meis nota redderē. qñ. P. de integritate mea fuerit semper opinio bona. Mittamus alia. Is quidē sum: quē dñatio tua nouit: amicissimū ueritatis. Ad rem ipsam ut redeā. Difficillimā in bello hoc expeditiōes fuere per decenniū. De Rondensi. Loxensi. Malacensi. Bariensi. & dein de q̄ fuerit difficultior cæteris obsidio Bacensis ad extremā deditiōē perducta simul & nobiliorū ciuitatū Guadixii & Abdaræ: uiri docti illis diebus in castris pmanentes sufficiēter p̄scribere. sigillatimq; denunciarūt primatibus cardinaliū romanorū: tuæ nihilominus. p. explicatiū innotuere omnia ex relatu integriore: quū rex illustrissimus: excellentissimaq; regina tuam. p. in primis certiorē facere curarent: diis quæ contigissent. Ita est. R. pater: q; pactis rebus aliis ad supradictarū urbium possessionē attinētibus nemo inter prudētiores ambigeret: quin caput illud Granatense membris om̄ibus destitutū continuo flecteret. Longe tamē aliter euenit. uel ex inuidentiā fortunæ. uel ex foelicitatis præcedentis confidentia exuperantiore q̄ uictores cautos deceat. Id omitto. quū sit mei p̄ntis instituti cursim narrare difficultatū ingentiū. immo terribilium periculorum summam. Consilium fuit foelicissimo regi nostro: atq; in omnibus prouidentissimo. confutare granatensiū tricas:

qui semel profitebātur se ciuitatē dedituros. & paulo post: quū segetū spes esset: aliud atq; aliud moliebantur. Ita ut annus salutis nostræ. M. cccc. nonagesimus: ob uersuciā hostium cū parua populationis iactura elaboretur. nō sine maximo sumptu detrimentoq; nostrarū partium. quū bis eo anno militatū sit. sed populatiōes haud multum nocuere hosti. qm̄ in cōuallibus & in inextricabilibus angulis potior Granatensibus messiuū spes erat. De quorū parcitate mirabiliq; astu atq; uersutia uix calamus referre posset q̄ sint cæteris mortalibus callidiores. Et ubi iam penuria aliquid angustius minatur: ut ante inopiā prouidentissimi noscuntur: ita mille modis reip. consulere satagūt. Erāt itaq; in hoc expeditionis processu. uel ad rem differendā. uel ad oportunitatē cōgressiōnis nociuæ nostris: captandā: intenti. Quippe refugerant in metropolim: totius (ut ita dicam) Europæ præcipuā: dummodo respectus habeatur ciuium numero: quicumq; ex aliis ciuitatibus siue oppidis: aut manu promptissimi ad belligerandū. aut pertinaces Mahometi sectatores. Nemini tñ illorū accessus ille permittebat̄ acceptabilis: nisi ad mensem octauum decimū secum afferret alimenta: & quæ uberius posset in urbem cōgerere: qm̄ seductio uaria prestiti foederis menti eorū suffragabat̄. Cæterū perstringere narrationē conabor. Iam simulationibus ab utrisq; abiectis. aperto bello Granatenses rem gerebant. & manus eorū ualida repētino aggressu oppidula quædam dudum a nostris cōmunita expugnarūt. haud

procul ab ipsa urbe sita. Quid non diruisset illa innumerabilis multitudo: ut plurimū in discriminibus bellicis exercita? Mirabitur fortasse lector: quis a ueritate calamus nihilo abscedat. Ducēta armatorū milia capiebat intra se ciuitas Granatensis. Horum uix mille trecentū equites erant. partim ex industria ut equis alimēta nō deessent. partim quā paruus iam equorū nūerus in circūuicinis urbibus superat. quū in cōgressionibus diuturnis equi nō pauci cecidisset. & ex Mauritania nullus iam esset accessus ad trāsuehendos in hispaniā equos. Rex igitur Fernādus proculdubio foelicissimus: rem difficillimā aggressus est ubi apte cognouit ueteres pactiōes effluxisse: uelut ī cassum: & sub diuturna dissimulatione infideles que fuisse sibi aliquā saltē cōfidentiā pristinae libertatis. Quā Alphaquisi: ac si deū coluissent profitebantur deliris hoībus cito affuturā. Nam populus ad superstitionē præceps repente fidē adhibuit. & tam supbe atq; petulanter extulit se: ut rex Boadelis iunior p̄termentē fuerit coactus uulgi sententiā illico cōprobare q̄ si forte uel morosius: uel languidius acceptasset: saracenicō insultu dilaceratus fuisset. Itaq; aliud nihil se facturū cum iureiurādo promisit: q̄ queritare astutius oportunitatē: qua ualeret christicolos longa foelicitate elatos penitus cōterere: quū posset unius diei iactura exterminare nostros: iam ad populationem agri Granatensis intentos: tali clade. ut quecunq; in multis expeditionibus obtinuissent: confestim amitterent. Quibus infideliū cognitis nouitatibus. Illu

strissimus Fernandus inter cæteras optimi imperatoris operationes: utilissimū fore decreuit. non solum modo confidere magno quē ducebat: exercitui duo decim miliū expeditoꝝ equitū. & peditum fermæ miliū septuaginta: quin in primis studeret. castrorum procul ab urbe Granateñ. dispositoꝝ munimini ualidissimo incubere. Præterea ad ulterioris munimenti effigiem: coepit cōtinuo struere iuxta castra simulacrum ciuitatis permansuræ: cum aduocatiōe sanctæ fidei: innuens hosti: nō defuturā in ea ciuitate manū electissimorū equitū atq; peditū dūmō in tota æstate optatus finis minus succederet Cōsiderauit quoq; castrorū situm ad excludendā illius multitudinis rabiē ut nō ualeret hostis aggressu subitaneo nocere. Sita igitur fuerūt castra procul ab urbe Granateñ: nō minus q̄ interiacentibus stadiis quinquaginta uidelicet milibus passuū fere septē. quū propius accedere perniciosissimū nosceret: ob frequētiōres incurfus. tum quoq; propter densitatē arborū ex illa parte interpositam: difficilemq; incisu. Necnō deriuatiōes fluētis aquæ ex duobus nobilibus fluuiis Singili atq; Darro emergentes ad nutum deriuantiū: p̄timescēdæ erāt. Quorum alter Darrus mediā urbem Granatæ interfluit: & in planicie subiacenti in Singilim australiorē exit. Quippe ambo ex cacumine montis Granatæ supereminētis oriuntur: perhēni fontium scaturigine. Cuius quidē montis niuibus perpetuis contacti ad miranda uidetur natura. quū in mediā æstate: q̄ Pi

renei montes uersus septentrionē p̄ stadia tria milia:  
atq; trecentū distantes niualem excutiunt candorē.  
hic mōs australis haud procul a mediterraneo mari  
imminēs illi urbi: usq; ad radices fere cōtiguas popu  
lo Granatensi niues nunq̄ amittat. Ita ut inter deli  
cias regum cerimoniale fuerit institutū in mēse sexti  
li aquam potui eorum paratam (nam uinum bibere  
sarracenis haud licet) in uasis niue cōtectis tenerētur  
famuli cōseruare. Iam utrinq; (ut præfert̄) molimini  
bus præparatis: opus erat nostris populatiōe campe  
stri. quā diffusius pagere curabāt: ut infideles obni  
xius arcere. Instātia tñ augebat̄. qm̄ ubilibet manus  
numerosa erat: ac repente nūerosior exaduersum ob  
sistebat. & nulla ad congressum interiecta mora con  
ferebant̄ eius generis certamina: quæ Agarenis dex  
teriora plerūq; esse noscunt̄. Quippe astutius ineūt  
pugnā: atq; urgētius premūt. q̄ si quid aduersi uider̄  
maiorē formidinē q̄ cōceperint ostentāt: ut ex hosti  
li confidentia foelicius aliquid aucupent̄. Nam ubi  
eos fuga dissipatos quis opīatur: & p̄sequi cōtendit:  
simul oēs uidet haud multo post coherētes in regres  
su. ita ut quoscūq; cōceptæ persecutionis socios interi  
tus premat. Quas ob res prudentissimus rex impera  
uit suis ab hmōi leuibus præliis abstinere. & solūmo  
do intēdere populationi: eo tenore: ut palantes per  
agrum pedites ab equitatu ualido protecti. ualere  
etiam extraordinarie ferro igniq; segetes. uel consu  
mere. uel ad equorū iumentorūq; alimēta colligere.

Nec hostis in repugnando segnis erat. Nam pauci  
eorū equites oportune dispositi multitudinē peditū  
diuersis in locis distributā: in nostros tuto immitte  
bant. Igitur presertim ex tironibus cedebant̄ multi.  
necnō ex nobili iuuētute equitibus ueteranis admix  
ta quæ multū audaciæ: parum autem disciplinæ mili  
taris habebat: haud exigua manus cōsumpta est. nō  
tamē sine magna Maurorū erumna. quū ex nostris  
robustiores uiri illam hostis lesionē sæpe ulciscerēt̄.  
In hoc uno ueruntamen iactura impar erat. q̄ si ex  
equitibus mauris: qui ut clipeus peditum suorum op  
ponebant̄ nostris: aliquātula pars cecidisset. proces  
su temporis illa protectio minuebat̄ adeo ut a men  
se Aprilis usq; ad Kl's Sextiles ferme pars tertia equi  
tum Maurorū imminuta erat. aut equis egena. sine  
aliqua spe resumendorū ad certamen equorū. Eo fer  
me rei bellicæ feruore utrisq; adaucto. nostris scilicet  
ut nihil in agro ad ulteriorē cōmeatū hosti reliq̄rent  
hostibus uero. ut quod residuū ī cōuallibus uelut re  
medium sibi arbitrabant̄ cōseruarēt. regina Helisa  
beth omniū principantiū foelicissima. q̄ haud p̄cul a  
castris p̄manebat ī oppido nobili Moclinio. ī castra  
uenit. Non ut pleriq; meditati fuere anīo redeūdi in  
pristinā stationem sed finalem expugnationis termi  
num expectatura in castris. Necnon inspectura ocu  
lis quicquid agendum esset. Fuit in castris diuersa  
militarium uirorum sentententia foret ne in diffi  
cillimis belli conflictibus perniciofa multitudo



mulierum nobilium: earumque consequenter pedisse  
quarum: quibus aditus negari non poterat. dummodo  
regina apud regem comaneret: uel potius praeferret  
faustum foelixque tantae imperatricis omen. cuius pre  
sentia apud Malacam. necnon apud Baciã rebus ter  
minu peroptatu induxerat. Super hoc sufficiat sente  
tiarum repugnantiam tetigisse. Eo magis: quia triduo  
post praeter opinionem eorum qui haec omnia in castris  
castranda asseuerabant: occasio oblata est ad maxi  
mum hostis detrimentum. Voluit namque regina ex proxi  
miore loco situm ciuitatis contemplari. Igitur quum  
esset quoddam spectabile aedificium imminens ortis Gra  
natae contiguus: exstructum quondam ad regum Grana  
tensium delicias in tumulo unde maxima urbis pars  
perspicue considerari potest: procul a Granata per  
stadia. xx. opera data est. ut ambo coniuges illustrissi  
mi: eo se conferrerent. Simul & preclarissimus princeps  
Iohannes: pariter quoque Iohanna eius soror serenissi  
ma. Committiturque onus illustri Roderico Pontio du  
ci Gaditano: ut attentissime curam gereret reprimen  
dorum eo die leuium preliorum. nihilominus caeteris  
proceribus eadem sollicitudo iniuncta est: ne studium  
reginae aliquali nouitate forsitan turbaretur. Fortu  
nae tamen uires cohercere quis ualet? Quippe post me  
ridiana diei hora: equitum uelut ad speculandum per  
tumulos missorum parua manus ab hoste propter pro  
ximitatem urbis confidente circumuenitur. Neque uere  
bantur Mauri procul dispositam Fernandianoꝝ mul

titudinem. Nam periti locorum celerius illam paucitatem  
opprimendam existimabant quam a nostris eripi posset Sed  
uersutam Sarracenorum festinantiam dux Gaditanus  
intente retudit quum aliud iam iam sine pernicio atque  
ignominia fieri non posset. Aduolat itaque cum equitatu  
suo festinus. & hostes pulsi ex impetu ducis intolerando  
in aliam atque aliam calamitatem inciderunt Quoniam  
comes Tendiglæ strenuus ductor probatissimaque in  
omnibus diligentia laudatus. tum quoque caeteri ducto  
res qui turmatim suos ad quolibet rerum discrimina  
per promptos retinuerant: ab utroque latere adoriuntur.  
nec fuit hosti facultas in locum tutum euadere: ante  
quam ex colluue peditum Sarracenorum: quae praesumpse  
rat opem ferre equitibus dissipatis plus quam mille cor  
ruerint. & quinquaginta equites Agareni illa in pres  
sura perierint. necnon ad trecentum pedites captiui  
tas oppresserit haud procul a moenibus superbissime  
urbis. ita ut clamor ullulatusque feminarum boatum terri  
bilem ederet. Verum autem ipsam foelicitatem nostrorum  
merito gaudentium casus infortunatus haud multo  
post ualuit perturbare. Prudentissimus quidem inter  
proceres Bethycos Alfonsus Aquilarensis. una etiam  
Iohannes Teglez Giron comes Huruegnæ: qui illo  
in conflictu uiderant multos ex Granatensium. ut non in  
terciperentur a uictore: refugisse ad latera montium ur  
bi proximorum coniectarunt redituros in urbem uespe  
re facto: facileque posse capi. Id ipsum etiam astus Nu  
midicus Granatensium. comprehendit molituram ex no



stris aliquam forte manum . Igitur suis permanenti  
bus in tumultis nunciarunt deceptionis modum. quo  
insidiatores suos astutius arbitrabantur per insidias  
promptiores delere. ad ultionem perceptæ cladis.  
Quam obrem caute per notissima diuerticula redi  
rent. ita ut reditus minime lateret insidiantes: quos  
parum semotos a ciuitate credebant . Successit Aga  
reno coniectura duplex. nec piguit labori post me  
ridiano querere leuamen cum pernicie inimicorum  
qui inter macerias operiebantur: ut denuo acrius le  
derent. Sed ad primam conferti certaminis faciem  
prudenter Alonsus percepit se suamet conie  
ctura delusum. & signum receptui dedit. non ualuit  
tamen multa quæ quadringentis equitibus apud se  
& comitem acerrimo hosti resistentibus obstacula  
augebantur: adeo compescere quin in angustiis per  
nicies immineret. Itaque dum contenderet in apertio  
rem campum educere compressum in arcto loco equi  
tem Alonsus grauiter fuit saucius in altero femore.  
comitisque equo lanceis confosso: nobilium uirorum  
manus nitentur tantum uirum eripere. & quicumque  
proximior: equum suum ultro comiti nobilissimo  
dimittebat: ut dum pedes resisteret: in angustia ua  
leret uir ille primarius ascendere equum periculum  
que euadere. Quod quidem studium successit inui  
cem ad fidissimos quosque . & quicumque familiarissi

mus uitam: uel domini: uel amici uidebatur pro  
prie salutis præferre. Mira claruit in nonnullis cha  
ritas. ita ut ad triginta equites: qui apte potuissent  
angustias illas pertransire pro aliena salute cecide  
runt: Cætera deinde equitum manus ægerrime per  
tenebras. & ignota diuerticula elapsa est. Hoc ipsum  
Agareni uelut compensationi suæ recentis erumnæ  
imputabant . Accedebat quoque huiusmodi eorum  
opinionis: quod Marchio uiglenæ Didacus Pacheco uir  
nobilissimus atque fortissimus: haud multo post fue  
rit saucius in dextera. & Dux Gaditanus ualitudine  
correptus graui: cogere tur bellicam exercitationem  
intermittere . Preterea luguberrimum illud infortu  
nium accessit exuperans quoscunque mœrores. Quod  
præ magnitudine uniuersalis per Hispanias luctus  
calamo prolixiori committendum non est: sed bre  
uissime pertingendum . nisi in hoc: quod Granatensi  
bus mors principis Portugalie Alonsi: magnam  
induxerit confidentiam nouitatum: saltem speran  
tibus ambos coniuges bellicam perseverantiam de  
posituros . Falsi tamen fuere Agareni cogitationi  
bus suis . Regina enim ut pariter cum coniuge  
fortissimo uires retinere nosceretur: insinuauit  
proceribus . Cæteraque nobilitati: nunquam ex  
castris discussuram quoadusque Granatam libere



possideret. Igitur probe excogitauit supplementum exercitus q̄ primum accersendum. hoc antecedente principio: ut reuerēdissimus cardinal' Petrus Mendoza præcipuum suffragii caput aduocaretur: qui post q̄ usq; in fines Lusitanos comes fuerat itineris infortunatissimæ principis Helisabeth: in prouinciam Tagitanam sese contulerat: tanto archipresulatus honoris satisfactorius. Misit quoq; literas excellentissima Regina ad proceres: qui gentes ad expeditionē Granatensem destinauerant: sed permanebant domi: ut quātotius supplementa mittenda curarent: dummodo ipsi aduenire in castra non possent: causis legitimis remorati. Aduentauit illico reuerēdissimus Cardinalis cum electissimo equitatu. & si ab initio expeditionis equites octingentos sub optimo ductore habuisset in castris. Quorum opera plurimq; ualde laudabilis fuerat. Aduentus itaq; Cardinalis in castra magnum rebus momentum attulit. Quoniam imitati proceres feruorem primatis Hispaniarum supplementa adauxere. & pro tentoriis fabrica domorum firma erecta est: munitioq; castrorū circumducta cū aggere & uallo usq; in angulos proximiores nouæ urbis. Necnon quotidie progressum est in conualles Granatæ contiguos: ut populatio uniuersalis hosti spem prorsus adimeret. In qua quidem contentione discrimina utriq; parti congeminata. Sed ad extremum omnia quibus Mauri confidebant loca chrysticolæ perscrutati sunt. ita

ut nulla iā spes hosti remaneret ulterioris cōmeatus: si intra penus alimēta deessent. Cæterū quoniā Granatenses extra ciuitatem in suburbana planicie: effigiem quandā uelut castrorū munierant: ut recursus tutior equiti mauro redeunti esset. Decreuit itaq; agendū rex prouidentissimus cum ualida manu illā hostis insolentiā coercere. Quā obrem & cardinalis. & eius ex fratre nepos Didacus Mendoza Archiepiscopus Hispalensis: qui semper in castris manū equitum ualidam habuerat: sed illustrissimā reginam sequebatur. tunc armati pro catholica religione fortiter contēdere adnitunt. neq; impetū exercitus fernādiani potuit ab hoste tolerari: quin amissis multis ex suis Mauri deseruerint: quam præsumperāt retinere munitionē. & cū magna iactura uariarq; tumultuatiōe cōglobati perterritiq; claustra mœniū q̄ritabant. neq; amplius uigor aīos Granatē. fouit. Sed festim mentē ad pacta deditiōis futuræ inclināunt: reiectis Alphaquifiorū cōtionibus oībusq; aliis exhortatiōibus factiosis nōnullorū p̄cerū Granatē q̄ callide uoluissent Boadelis regis i hoc primariā auctoritatē floccifacere: ut ipsi sibi summā futuræ cōpositiōis aucuparent. Hoc p̄cognito Boadelis rex: quē & primores: & populus atq; Alphaquifii multifariā diuq; uexauerāt: haud imemor moliminū p̄teriorū: necnō instantis piculī gnarus: modū adinuenit callidissimum ad suspicionē incutiendā plebi aduersus nonnullos optimates qui præcesserant in inuestigatione pactorum: si que cum Rege & Regina con

cludēda essent. Igitur postq̄ populo suspectos reddi  
dit hmōi uersutiaē uiros ipse audacius puniuit fontes  
terrorēq; tantū adauxit oibus cuiusuis cōditionis ci  
uibus: ut negociū integre sibi assumeret ex cōi cōsen  
su. Recte hic nūcius fuit utriq; cōiugi gratissimus.  
qm̄ caduceatores breuiorē expeditionē inuēturi spe  
rabant: quū multitudo ubiq; gentiū sit ad leuitatē  
prona: sed ingenia maurorū presertim suapte natu  
ra inconstantiaē praeferant firmitudini: ut mendaciū  
ueritati. Tandem Boadelis primo secretius. deinde  
apertius misit caduceatores in castra. Attñ aliud ni  
hil in illis primordiis potuit comprehendī: q̄ rumor  
pacti alicuius tunc cōcepti. Itidem illustrissimi con  
iuges per praconē decretis induciis celatū iri quos  
libet aulicos quātumuis caros principia colloquiorū  
astutissime curauerūt: & duobus tantūmodo. scilicet  
nobili gundifaluo fernandez Aquilarenfi apud Gra  
natenfes notissimo. & fideli fernādo de Caphra mē  
tis interpretatōnē cōmisere. Hi ambo saepe Boadelim  
adibant: redibantq; cōfestim. & ubi opus erat: addu  
cebant secū fidos Boadelis cōmissarios: quoadusq;  
deditionis pacta finita sunt. quorū usq; hac particu  
laris summa digeri haud potuit. sed optatissimus fi  
nis optime satisfacit. Kalendis nāq; ianuariis iam ue  
spere facto rex Boadelis suscepit intra sue habitatio  
nis arcē quae Alhambra nūcupat: ualidissimā militū  
fernandianorū quantitatē. necnō repēte munitiora  
urbis loca christicolis cōmissa. Postera autē die capti  
ui fideles libertatē nacti sunt: & in castra uenerunt.

atq; obsides pactorū quingēti granatenfes ad obser  
uantiaē promissorū retenti: & accessus in urbē nostris  
liber fuit: admiratibus iucredibilē numerū ciuiū illa  
in ciuitate cōmorantiū. Deinde hora iam postmeri  
diana uterq; cōiunx. & illustrissimus princeps Iohan  
nes: sororq; Iohanna serenissima. & reuerendissimus  
Cardinalis. simul atq; magister sancti Iacobi cū mul  
titudine praelatorū: cleroq; uenerādo. & ornatissima  
equitū manu: cohortibusq; militaribus Granatā uer  
sus processere. Obuius deinde fuit potētissimis cōiu  
gibus Boadelis quōdā rex: equitibus ferme quinqu  
ginta circūseptus. Qui supplici demissoq; uultu: ac si  
ptinacie peniteret. praecedētis Fernādi regis dexterā  
(dum regina morosius incedebat) osculari contēdit.  
FernāduS uero. ut uictor. ita clemētior benignissime  
Boadelim excepit: illamq; uicti humilitatē repressit.  
breuiq; colloquio p̄ interptes hincinde facto. reginae  
cōtinuo accedēti Maurus pari hūilitate se se obtulit.  
pari etiā humanitate impatrix bonā de cætero spem  
Boadeli significauit. dūmodo rectos limites sequere  
tur. His pactis. cū prope moenia urbis uentū esset. re  
ligiosissimus praesul Abulēsis. idemq; administrator  
scdm̄ aplicam auctoritatē metropolis Granatensis.  
qui praebat cū uexillo sacratissimae crucis ascēdit su  
pernum arcis Alhambre pinnaculū. & crucem ipsam  
uniuersae multitudini intuendā ostēdit. Quo celestī  
signo ab oibus prospecto. repēte rex reginaq; ad ter  
ram humiliati genibus flexis. atq; regia proles. cæte  
riq; oēs cōeperūt agere diuinitati immensas protāto



fauore gratias. & ut ualuit humana conditio uota cō  
geminarūt multo cum gaudio lachrimis (ut fit) ad  
mixto. Clerus quoq; decantabat gaudentissime. Te  
deum laudamus. Finito deinde hymnorū cantico:  
uexillum etiā beatissimi apostoli Iacobi Castellano  
rum Legionensiūq; patroni: in alia parte arcis subli  
matur. cuius quidem arcis custodiēdæ atq; communi  
endæ cura comiti Tendiglæ cōmittitur. Visum uerū  
tamē est illustrissimis coniugibus castra repetere. ibi  
demq; permanere: quoadulq; traditis armis a Grana  
tensibus. presidiiq; militum xpianorū tutius firmatis  
securus foret tantæ celsitudini in urbem populosissi  
mam ingressus cum solennitate triūphi. Hæc ut po  
tui breuius tuæ. R. d. significare curauī. Nō q; existi  
mem ab aliis latius atq; ornatius tuæ. R. p. significa  
tum non fuisse: sed ut præceptorū tuorū meminisse  
uidear. Valeat foeliciter eadem. R. d. tua. Itemq; fœ  
licissime ualeat. Hispali sexto. Id. Ianuarii. M. cccc.  
xcii.

E. R. D. Perpetuo obedientissimus  
Alfonso Palentinus.



UNIVERSIDA  
DE SALAMANCA

GEDOS USALES